



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1521. usque ad annum 1525

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118472**

§. 36. Galli ab Hispanis cæsi, ac Navarræ Regno pulsi.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66495](#)

**Sæcul. XVI** perasset, si victor diutius ibidem moram  
**A.C. 1521** traxisset; ast vel aucupandæ gloriæ cu-  
 pidus, vel Regis Domini sui commoda  
 procurandi studio abreptus, Jupuscanam  
 invasit Provinciam, ibique Lugrunum  
 obsidione cinxit. Re comperta Hispa-  
 niæ Rectores quantocius, quot quot po-  
 terant, copias contrahebant, ut Gallos,  
 qui Navarra haud contenti, Hispaniam  
 quoque sibi subjicere parabant, totis vi-  
 ribus propulsarent. His quoque suas  
 jungebant copias ipsi etiam seditiosi, qui  
 nuper acceptata veniæ gratia ad Ca-  
 roli Regis obsequium redibant, quorum  
 olim caput erat Petrus Giron, jam nunc  
 hujus exercitus Dux.

## §. XXXVI.

*Galli ab Hispanis cæsi, ac Navarræ  
 Regno pulsi.*

*Joan. Ant.  
 de Vera hist.  
 de Charles V.  
 p. 86.* Interea Asparrus Lugrunii obsidioni in-  
 tentus nuncium accepit, quod exer-  
 citus suo longe superior appropinqua-  
 ret, quapropter se Pampelonam ver-  
 sus recipere contendit, ast cum Hispani-  
 ejus adventum prævenirent, utraque  
 acies in agro Scirano nonnisi una leuca  
 a Pampelona in conspectum venit; un-  
 de utrinque certaminis necessitas insta-  
 bat; ac sub primis pugnæ auspiciis A-  
 sparrus secunda usus fortuna, primos  
 Hispa-

Hispani equitatus ordines perrumpe- Sæcul. XVI.  
A.C. 1521.  
bat, verum cum Castellæ Admiralis op-  
portune auxilium suppeditaret, cæsi  
sunt Galli, desideratis suorum quatuor  
millibus, ipsoque Asparro capto. Con-  
tigit hæc clades die trigesima Junii,  
quam totius Navarræ regni jactura se-  
quebatur, Hispanis illius possessionem  
majori, quam Galli ceperant, celeritate  
recuperantibus. Doluit vehementer  
Galliarum Rex, quod non modo exer-  
citum suum infesta hac expeditione  
fatigaverit, sed etiam Carolo Cæsari,  
quæ adversus eum consilia moliretur,  
manifesta fecerit, interceptis quibus-  
dam literis, quæ Asparro ereptæ fue-  
rant.

### §. XXXVII.

*Robertus de la Marck seu Marchia-  
nus a Galliarum Rege in Cœ-  
farem concitatus.*

Eodem tempore, quo Franciscus I. Gal-  
liarum Rex Navarram infestis armis  
opprimi jussérat, Robertum Marchia-  
num Sedani & Buillonii Dominum ad  
seditionem contra Carolum V. concita-  
vit. Nec dudum deerat quæsita belli  
occasio; Chimacensis enim Princeps  
ex Crojorum Familia ortus cum Aime-  
rio Barone capitali horum inimico de

F 4

urbe